



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

CXXVIII. Ritter, Vasallen, Rathsherren, Schöppen und alle Bürger des Landes und der Stadt Gardelegen vereinigen sich mit den Ständen der übrigen Altmark zur Aufrechterhaltung rechtlicher Sicherheit, ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

figillum de nostra scientia est appensum. Testes quoque sunt Reuerendus pater, Dominus Heinricus Hauelbergensis ecclesie Episcopus, nobilis vir Guntherus de Keuernberg et Luchow Comes, Barth. Szenko, Gherardus de Kerkhowe, Conradus de Osterburg, Bartholomeus et Gunzelinus de Bertensleue, Brofeko pincerna, milites cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum in predicta ciuitate Gardelege anno domini M^o. CCC. XIX^o. feria quinta infra octauam beate Marie virginis natiuitatis.

Nach einer Copie des Altmärk. Vereins. — Gercken's Verm. Abh. III., 274. 275.

CXXVIII. Ritter, Vasallen, Rathsherrn, Schöppen und alle Bürger des Landes und der Stadt Gardelegen vereinigen sich mit den Ständen der übrigen Altmark zur Aufrechterhaltung rechtlicher Sicherheit, am 21. Dez. 1321.

— Nos milites et vasalli in territorio Gardeleghe Scabini, Consules totaque uniuersitas burgensium ejusdem ciuitatis coram omnibus presencia visuris siue eciam auscultaturis recognoscimus publice protestantes, quod cum honestis militibus et vasallis in Aduocacia Stendal constitutis nec non cum eadem ciuitate Stendal et militaribus in Aduocacia Saltwedele nec non eadem ciuitate nec non reliquis ciuitatibus scilicet Tangermunde, Osterborch, Sehufsen, Werben atque cum omnibus militaribus territoriis in jam dictis commorantibus compromissimus et nostris juramentis affirmauimus sub hac forma uniformiter concordantes, Quod quicumque in his nunc prefixis ciuitatibus similiter territoriis per se uellet esse uolens iudex, recusans et renuens nostra jura primordialia actenus ut exnunc et ab antiquo perconseruata, uolens manu et intendens semper iudicare uolens uidelicet rapinis incendiis captiuitatibus siue etiam uolenciis aliis quibuscunque, debet esse proscriptus in cunctis territoriis et ciuitatibus jam sepius prenarratis, ita quod ad compositionem uel gratiam non debeat recipi nisi fiat cum consensu prefixarum ciuitatum nec non territoriorum et bona uoluntate. Hoc uerumtamen interposito, si quisquam deprehenderetur ob hos nefarios aliquos excessus acquiri tenetur et debetur tribus militaribus uel quinque burgensibus siue septem villanis probis et irreprobatis. Ut autem huiusmodi supra scripta rata et illibata permaneant et ne quisquam eisdem presumat ausu temerario obuiare presentibus sigilla ciuitatis Gardelegen ac strenuorum militum uidelicet Domini Henninghi et Theodorici de Santerseleuen et cetera sunt appensa in sufficiens argumentum. Actum et Datum anno Domini M^o. CCC^o. XXI^o. in die beati Thome apostoli.

Gercken's Dipl. II., 588. 589.

CXXIV. Der Rath zu Gardelegen errichtet eine Kürschner-Innung nach dem Vorbilde der zu Stendal bestehenden, am 3. Juni 1327.

— Nos Consules uniuersi Ciuitatis Gardeleue in marchia omnibus presencia visuris etc. — ad notitiam deferimus — nos — nostris ciuibus scilicet pellificibus nobis dilectis — fraternitatem que iuninghe dicitur in uulgari tali jure, ut infra declarabitur, condonasse, Quod nulli hominum officium